Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De conception Beatae Virginis Mariae

Bollanus, Dominicus

[Straßburg], nicht vor 13. Aug. 1473, nicht nach 1475

Gloriosissimo principi et domino domino Nicolao Marcelo Serenissimo [...] Dominicus Bollanus [...] plurimum se commendat

urn:nbn:de:bsz:31-315783

Visual Library

Monaſterij Augie Diuitis.

GLorioſiſſimo Principi & domino dño Nicolao Marcello Sereniſſimo Venetiarum duci. Dominicus Bollan9 artium & philoſophie doctor debita reuerẽtia erga ſublimitatem ſuam premiſſa plurimum ſe commẽdat. ¶ Cum ex florentiſſimo gymnaſio Paduano ad patriam reuerſus eſſem: tantumq; ocii mihi daretur quale nunq; ſimile per totum tẽpus elapſum vite mee mihi datum fuit/cogitaui nolle vitam meam ſub ſilentio pertranſire: immo aliquod opus laude dignum decreui efficere: quo mediãte vita noſtra illuſtraret. Nam vita qua fruimur breuis eſt: & niſi homo dũ viuit aliquod laude dignum efficiat: veluti bellua vitam ſuam ducit atq; eandem terminat. Cum autem multa ipſe mecum anĩo voluerem decreui illam iam diu inter ſic clariſſimos theologos agitatam contrauerſiam de conceptõe glorioſiſſime virginis Marie contexere. Opus autem ad finem peroptatum duxi: in quo quantum potuimus imitati ſumus patrem noſtrum Aurelium Auguſtinum: & theologie principem: atq; monarcham Scotum: a cuius fonte vberrimo multa ꝑclara ſumpſimus: ueriſſimiſq; rationibus atq; excellentiſſimis ſanctorum autoritatibus uirginem glorioſiſſimam in conceptione ſanctã: nec vnq; a macula peccati originalis fuiſſe deturpatam demonſtrauimus. Cum vero intellexiſſem Serenitatem tuam glorioſiſſimam dei matrem Mariam ſũmo quodã honore & reuerẽtia venerari: volui opus hoc tuo glorioſo nomini dedicare. Suſcipe ergo diue princeps libenti animo opus manuũ noſtrarum: ipſum lege ac perlege quoniam tua excellentia multa preclara ac laude digna in opere iſto inueniet: & hoc nõ tantum meum: verumetiam omniũ aliorum qui ab omni cura & odio vacui ſunt erit tale iudicium. Nihil aliud mihi deniq; reſtat. niſi piis precibus orare dominũ deum noſtrũ: ut pro bono ſtatus & reipublice Venete in hac mortali vita Serenitatem & excellentiam tuam diu feliciterq; ꝯſeruet: quoniã ut inqt ꝑ ypoteticoꝝ ꝑnceps. Ariſ. iii. pol. Melius ẽ ciuitatẽ regi a ꝑncipe optimo: q; optima lege.